Tibullus. Inest Carmina Tibulli: duorum

NATALEM SEPTUAGESIMUM OCTAVUM
AUGUSTISSIMI AC POTENTISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI

GUILIELMI I.

ELECTORIS ET LANDGRAVII HASSIAE, MAGNI DUCIS
FULDAE, PRINCIPIS HERSFELDIAE REL.,
RECTORIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMI
LAETANTI PATRIAE SACRUM
AB

ACADEMIA MARBURGENSI

DIE III. IUNII

ORATIONE

IN AVDITORIO MAIORI HABENDA
CELEBRANDVM

INDICIT

CAR. FRANC. CHRIST. WAGNER
PHIL. D. LITERARUM GRAECARUM LATINARUMQUE, NEC NON ELOQUENTIAE ET
POESEOS PROF. P. ORD. SOCIETATISQUE RERUM NATURALIUM STUDIOSAE
MARBURGENSIS SODALIS EXTRAORDINARIUS.

Inest Carminum Tibulli duorum, El. nimirum 5. et 10. Lib. I. versio metrica.

MARBURGI,
TYPIS BAYRHOFFERI MDCCCXX.

Quam anno proximè superiore in lucem edidimus duarum Tibulli elegiarum versionem metricam cum nonnullis saltem VV. DD. harumque rerum gnaris non omnino displicuisse intellexerimus, haud veremur, ne in nimiam incurramus reprehensionem; si harum plagularum emittendarum laetissima occasione nobis oblata utamur, ad aliarum adhuc eiusdem poetae suavissimi elegantissimique *) elegiarum conversionem

*) Quanti apud veteres Tibulli carmina facta sint, cum testimoniis e nonnullis Romanorum auctorum scriptis in medio propositis iam declaravimus, addere illis nunc quidem liceat quaedam recentiorum scriptorum loca, ex quibus apparet, nec nostris defuisse temporibus, qui ad illius poetae venustatem elegantiamque haud profecto occalluerint. Inter Italos ipsos, pulchri sensu Petrarcae poematibus pertractandis tantopere imbutos, exstiterunt, qui Nostro omnium Venerum concederent palmam. „Tibullo, inquit e. g. Vincenzo Gravina in libro *Discorso delle Favole antiche* inscripto, è pieno di soavità, di grazia, di tenerezza, di passione, di purità, e d'eleganza, tanto nel numero quanto nelle parole, maravigliosa e perfetta." Atque Degenius noster in praefatione versionis Tibulli Germanicae (p. 9.), „Wer die stille Zufriedenheit, ait, bei einem kleinen Mahl, oder in einer Schattenlaube aufsucht, sie, die auch dann noch gelassen bleibt, wenn sie sehen muss, wie Feinde das Ihrige unter sich

Germanicam virorum doctorum iudicio subiiciendam. Hae vero ut accuratius intelligantur, singulorumque locorum sensus magis eluceat, quaedam de Tibulli vita, moribus studiisque praemittantur, videtur necesse.

Albium Tibullum honesto et equestri loco natum fuisse, constat; Romaene vero an in municipio aliquo Italiae, et quo anno lucem adspexerit, non habemus compertum. Sunt, qui contendant, eundem, qui Ovidio, Tibullo quoque natalem fuisse annum (V. C. DCCXI.): horum vero in opinionem quo minus disce-

---

theilen; wer das Vergnügen des Landlebens in seiner Würde kennt, und dasselbe den oft gekünstelten und kalten Freuden der Stadt vorzieht; wer sich an den Wohlgerüchen der Aue erquickt; dem Wallen der Aehrenfluren zusieht; die Lämmerheerden im Grase betrachtet; dem arbeitsamen Pflüger sein ländliches Lied abhorcht; wer sich mit der biedern Einfalt und Unschuld des Dorfs bei einer Festfeier im Wiesenthal unter Schalmeien und Tänzen erfreuen will; wer den verschiedenen Wirkungen der Liebe in heitern und trüben Stunden nachspäht; wer endlich zuweilen von süfser Schwermuth begleitet seinem Hause entflieht, mit Sterbegedanken erfüllt in der Dämmerung zu den Hügeln seiner entschlafenen Freunde wallt, auf ein Grab sich setzt, um ihrem Andenken eine fromme Thräne des Dankes und der Zärtlichkeit zu weinen, in heiliger Stille Vorgefühle des Todes zu sammeln, und im Geiste zu den Wohnungen der Abgeschiedenen hinüberzuschweben, der wird bei keinem Dichter mehr Behagen, mehr Befriedigung finden, als beim Tibull."

damus, praeter alias, quae eam convellant, rationes eo maxime impedimur, quod Ovidius ipse Tibullum se natu maiorem fuisse affirmat. Non enim nisi hic sensus inesse potest versibus apud Ovidium exstantibus *), ubi ille,

Virgilium, inquit, vidi tantum: nec amara Tibullo
 Tempus amicitiae fata dedere meae.
Successor fuit hic tibi, Galle: Propertius illi:
 Quartus ab his serie temporis ipse fui.

Res, quas a maioribus acceperat peramplas, fortuna adversa admodum fuisse diminutas, duobus ipse conqueritur locis, Elegiarum nimirum L. I, 1, 19 sqq., ubi haec leguntur:

Vos quoque felicis quondam, nunc pauperis agri
 Custodes, fertis munera vestra, Lares.
Tunc vitula innumeros lustrabat caesa iuvencos:
 Nunc agna exigui est hostia magna soli:

et IV, 1, 183 sqq., ubi haec exstant:

Nam, mihi quum magnis opibus domus alta niteret,
Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci
Horrea, fecundas ad deficientia messes,
Cuique pecus denso pascebant agmine colles,

*) IV. Trist. 10, 51.

Lib. I. Elegia V. *)

Asper eram, et bene, discidium me ferre loquebar;
At mihi nunc longe gloria fortis abest.
Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo,
Quem celer adsueta versat ab arte puer.
Ure ferum et torque, libeat ne dicere quidquam
Magnificum posthac; horrida verba doma.
Parce tamen, per te furtivi foedera lecti,
Per Venerem quaeso compositumque caput.
Ille ego, quum tristi morbo defessa iaceres,
Te dicor votis eripuisse meis;
Ipseque ter circum lustravi sulfure puro,
Carmine quum magico praecinuisset anus.
Ipse procuravi, ne possent saeva nocere
Somnia, ter sancta deveneranda mola.

---

*) *Argumentum.* Tibullus hoc carmine doloris, quem Deliae discidium excitaret, vim descripsit. Desiderii acerbitate exposita, ad quamlibet poenam subeundam se paratissimum esse ostendit, modo illa secum in gratiam redeat, 1 — 9. de ipsa, dum aegrotaret, egregie merito — 16. Ex valetudine vero restituta dulcissimos, in quorum imagine sibi placet, fructus cum sperasset, alio admisso, curis gravissimis nec ullo remedio levandis jam se spretum confici, queritur.

I. B. 5. Elegie.

Trotzig war ich und sagt', ich ertrüge mit Ruhe die Trennung;
    Aber fern ist der Ruhm festeres Sinnes mir jetzt.
Denn ich werde getrieben umher, wie ein Kreisel auf Eb'nen,
    Welchen ein Knabe gewandt drehet, geübt in der Kunst.
Quäl' und martre den Kühnen, daſs stolzer Reden in Zukunft
    Ihn nicht gelüste; bezähm' jedes empörende Wort.
Doch verschon', ich flehe, beim Bund des heimlichen Lagers,
    Bei der Göttin der Lieb' und dem vereinigten Haupt.
Ich ja war's, wie bekannt, der dich durch Gelübde befreite,
    Als entkräftet du jüngst trauriger Krankheit erlagst.
Selber umging ich sühnend mit lauterem Schwefel dich dreimal,
    Als mir die Alte zuvor zaubernd gesungen ein Lied.
Selber besorgt' ich, daſs nicht dir Nachtheil schreckende Träume
    Brächten, sie flehend hinweg dreimal mit heiligem Mehl.

— 42. Hinc, laudata puellae pulchritudine, ut amatorem divitem spernat, lenaeque, cui dira imprecatur, praeceptis ulterius ne morem gerat, sed ut se potius pauperem amplectatur, ad officiorum omne genus paratissimum, enixe hortatur. — 66. Sed spes suas irritas fore sentiens, amatori, qui Delia tum fruebatur, eandem, quam ipse expertus sit, perfidiam praedicit.

Ipse ego, velatus filo, tunicisque solutis,
Vota novem Triviae nocte silente dedi.
Omnia persolvi: fruitur nunc alter amore,
Et precibus felix utitur ille meis.
At mihi felicem vitam, si salva fuisses,
Fingebam demens, sed renuente Deo.
Rura colam, frugumque aderit mea Delia custos,
Area dum messes sole calente teret;
Aut mihi servabit plenis in lintribus uvas,
Pressaque veloci candida musta pede.
Consuescet numerare pecus, consuescet amantis
Garrulus in dominae ludere verna sinu.
Illa Deo *sciet agricolae pro vitibus uvam,*
Pro segete spicas, pro grege ferre dapem.
Illa regat cunctos, illi sint omnia curae,
Et iuvet in tota me nihil esse domo.
Huc veniet Messala meus, cui dulcia poma
Delia selectis detrahet arboribus.
Et tantum venerata virum, hunc sedula curet,
Huic paret atque epulas ipsa ministra gerat.
Haec mihi fingebam, quae nunc Eurusque Notusque
Iactat odoratos vota per Armenios.

Selbst auch hab' ich, die Bind' um das Haupt und im losen Gewande,
Hekaten tief in der Nacht neunfach Gelübde bezahlt.
Alles hab' ich erfüllt; der Liebe geniefst nun ein andrer:
Was ich erfleht, defs erfreut jener Beglückte sich jetzt.
Welch ein seliges Leben erträumte sich, wärst du genesen,
Liebebethöret mein Geist; anders beschlofs es ein Gott.
Ich will bauen das Feld, und Delia hütet der Früchte,
Wird auf der Tenn' in des Tags Hitze die Aernte gedröscht;
Oder in vollem Geschirr bewahrt sie mir sorgsam die Trauben,
Und den gekelterten Most schäumend vom schnelleren Tritt.
Sie wird lernen zu zählen das Vieh; in der kosenden Herrin
Schoofs wird des Sklaven Kind freun sich geschwätzig des Spiels.
Sie wird weihen dem ländlichen Gott für die Reben die Traube,
Aehren für reifende Saat, und für die Heerden ein Mahl.
Allen walte sie ob, für alles trage sie Sorge,
Und mich erfreu' es, durchaus nichts in dem Hause zu sein.
Dorthin kömmt mein Messala zu mir; dann pflückt ihm von Bäumen
Auserlesener Art Delia liebliches Obst.
Und verehrend den grofsen Mann, sorg' ämsig für ihn sie;
Sie bereit' und selbst trage das Mahl sie ihm auf.
Solches erträumte mein Geist; nun stürmen der Eurus und Notus
Da, wo Armeniens Flur duftet, die Wünsche mir hin.

Saepe ego tentavi curas depellere vino;
At dolor in lacrimas verterat omne merum.
Saepe aliam tenui; sed, iam quum gaudia adirem,
Admonuit dominae deseruitque Venus.
Tunc me devotum descendens femina dixit,
Et, pudet heu! narrat scire nefanda mea.
Non facit hoc verbis; facie tenerisque lacertis
Devovet et flavis nostra puella comis.
Talis ad Haemonium Nereis Pelea quondam
Vecta est frenato caerula pisce Thetis.
Haec nocuere mihi. Quod adest huic dives amator,
Venit in exitium callida lena meum.
Sanguineas edat illa dapes, atque ore cruento
Tristia cum multa pocula felle bibat.
Hanc volitent animae circum sua fata querentes
Semper, et e tectis strix violenta canat.
Ipsa, fame stimulante furens, herbasque sepulcris
Quaerat, et a saevis ossa relicta lupis;
Currat et inguinibus nudis, ululetque per urbes,

Oft versucht' ich mit Wein hinweg zu scheuchen die Sorgen;
Aber es wandelte Schmerz immer in Zähren den Wein.
Ander' umarmt ich oft; doch wollt' ich pflücken der Venus
Freuden, an Delia gleich mahnte sie mich und entfloh.
Denn entschlüpfte dem Lager, und schalt mich bezaubert das Mädchen,
Und erzählt, o der Schmach! schändliche Sachen von mir.
Nicht durch Worte geschieht dies von ihr; es bezaubert mein Mädchen
Nur durch Schönheit, der Arms Reiz' und ihr goldenes Haar.
Also fuhr auf gezügeltem Fisch zum Hämonischen Peleus
Sie, des Nereus Gesproſs, Thetis die bläuliche einst.
Dieſs nur schadete mir. Daſs ein Reicher sich liebend ihr weihet;
Einer Kupplerin List nahte zu meinem Verderb.
Triefend von Blut sei dieser das Mahl, und mit blutigem Munde
Schlürfe, mit Galle vermischt, traurige Becher sie aus.
Eigenes Loos beklagend umschwirr' ein Heer sie von Geistern
Stets, und es töne vom Dach grausig der Eule Geschrei.
Kräuter suche gespornt vom wüthenden Hunger auf Gräbern
Sie, und Gebeine, die schon reissende Wölfe benagt;
Renn' auch entblößet umher, und durchheule die Städte: vom Kreuzweg

Post agat e triviis aspera turba canum.
Eveniet; dat signa Deus: sunt numina amanti,
Saevit et iniusta lege relicta Venus.
At tu quamprimum sagae praecepta rapacis
Desere; nam donis vincitur omnis amor.
Pauper erit praesto tibi, praesto pauper adibit
Primus, et in tenero fixus erit latere.
Pauper in angusto fidus comes agmine turbae
Subiicietque manus, efficietque viam.
Pauper ad occultos furtim deducit amicos,
Vinclaque de niveo detrahit ipse pede.
Heu canimus frustra, nec verbis victa fatiscit
Ianua, sed plena est percutienda manu.
At tu, qui potior nunc es, mea fata timeto.
Versatur celeri Fors levis orbe rotae.
Non frustra quidam iam nunc in limine perstat
Sedulus, ac crebro prospicit, ac refugit;
Et simulat transire domum; mox deinde recurrit
Solus, et ante ipsas exscreat usque fores.
Nescio quid furtivus amor parat. Utere quaeso,
Dum licet; in liquida nat tibi linter aqua.

Treibe verfolgend die Schaar wüthiger Hunde sie fort.
O, es geschieht! so deutet ein Gott; auch den Liebenden schützen
Götter, und Venus entbrennt, treulos verlassen, von Zorn.
Du entziehe jedoch dich bald des gierigen Weibes
Lehren; denn Lieb' ist fremd dem, der Geschenken vertraut.
Aber der Arm' ist immer bereit dir zu dienen; der Arme
Naht sich zuerst dir, und schmiegt fest sich der Liebenden an;
Er, der Arm', im Gedränge des Volks der getreuste Gefährte,
Deckt dich mit schützender Hand, bahnet dir sicheren Weg.
Heimlich auch führet der Arme dich hin zu verborgenen Freunden,
Und von dem schneeigen Fuſs löset er selber das Band.
Ach mein Gesang ist vergebens; die Thür eröffnet nicht Worten
Sich erweichet; mit Gold sprengt sie gefüllt nur die Hand.
Doch du, der jetzt mehr bei ihr gilt, o fürchte mein Schicksal;
Auf schnell kreisendem Rad schwebet das flüchtige Glück.
Nicht vergebens steht an der Schwelle ein andrer beharrlich
Jetzt schon; spähet umher häufig, und fliehet zurück:
Stellt sich, als ging' er vorüber das Haus; bald kehret er wieder
Ohne Begleiter, und stets räuspert er sich vor der Thür.
Nicht ist bekannt mir der Plan der heimlichen Liebe; geneuſs denn,
Weil du es kannst; noch trägt gleitende Flut dir den Kahn.

Lib. I. Elegia X. *)

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus, et vere ferreus, ille fuit!
Tunc caedes hominum generi, tunc proelia nata:
Tunc brevior dirae mortis aperta via est.
At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra
Vertimus, in saevas quod dedit ille feras.
Divitis hoc vitium est auri; nec bella fuerunt,
Faginus adstabat quum scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat: somnumque petebat
Securus varias dux gregis inter oves.
Tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem
Arma, nec audissem corde micante tubam.
Nunc ad bella trahor, et iam quis forsitan hostis
Haesura in nostro tela gerit latere.

*) *Argumentum.* Tibullus, militatum abiturus otiosam et tranquillam vitam se malle, exponit. — Detestatus bellorum causam, ensis inventionem, seu potius hominum avaritiam, se ad arma cogi queritur. 1 — 14. Itaque preces et vota facit ad Lares, ut se servent, neve stipendia mereat. — 32. Bello enim mortem accelerare, quae vo-

I. B. 10. Elegie.

Wer wohl war's, der zuerst erschuf die schrecklichen Schwerter?
Wie so wild, und wie ganz war er von eisernem Sinn!
Da entspann sich Mord, da Kampf dem Menschengeschlechte;
Da zum gräſslichen Tod bahnte man kürzer den Weg.
Doch der Arme verschuldete nichts; zu unserm Verderben
Wenden wir, was er zur Wehr grausamer Thiere verliehn.
Dieses bewirkte das schimmernde Gold; da waren nicht Kriege,
Als noch ein buchner Pokal stand bei dem festlichen Schmaus.
Vesten kannte man nicht, nicht Schanzen; und unter der Heerde
Scheckiger Schafe genoſs sicher des Schlafes der Hirt.
Hätt' ich doch damals gelebt, nicht kennt' ich traurige Waffen,
Nicht mit klopfender Brust hört' ich der Tuba Getön.
Fortgerissen zum Kampf werd' ich jetzt; und vielleicht, daſs die Seite
Mir zu durchbohren, ein Feind führt in der Hand schon den Pfeil.

---

luptatibus finem imponat, insani esse, — 38. et longe praeferendam vitam rusticam, quae ad senectutem extremam cum tranquillitate et pace agatur. — 45. cuius felicitate et suavitate descripta, denique, ut sibi pace iucundissima frui liceat, enixe precatur.

Sed patrii servate Lares; aluistis et iidem,

Cursarem vestros quum tener ante pedes.
Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos;
Sic veteris sedes incoluistis avi.
Tunc melius tenuere fidem, quum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus aede Deus.
Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam,
Seu dederat sanctae spicea serta comae.
Atque aliquis, voti compos, liba ipse ferebat,

Postque comes purum filia parva favum.
At nobis aerata, Lares, depellite tela;
Hostia erit plena rustica porcus hara:

Hanc pura cum veste sequar, myrtoque canistra
Vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.
Sic placeam vobis; alius sit fortis in armis,
Sternat et adversos Marte favente duces;

Ut mihi potanti possit sua dicere facta
Miles, et in mensa pingere castra mero.

Aber beschützt mich, ihr Laren des Heerds; ernährtet ihr mich doch,
Wie vor den Füſsen herum laufen als Kind ihr mich saht.
Schämet euch nicht gebildet zu sein aus bejahretem Stamme;
So bewohntet den Sitz früherer Ahnen ihr auch.
Damals hielt man besser die Treu', als im ärmlichen Schmucke,
Unter dem niedrigen Dach stand noch ein hölzerner Gott.
Dieser wurde versühnt, wenn man Erstlingstrauben ihm weihte,
Oder ums heilige Haar Kränze von Aehren ihm wand.
Mancher, des Wunsches gewährt, trug selber die Fladen; des Honigs
Reinlichen Seim in der Hand folgte die Tochter ihm nach.
Aber wendet, ihr Laren, von mir das beerzte Geschoſs ab;
Und aus des Stalles Gewühl opfr' ich euch dankbar ein Schwein:
Diesem dann folg' ich in reinem Gewand, und myrtenumkränzte
Körbe trag' ich, das Haupt selber mit Myrten umkränzt.
Möcht' ich gefallen euch so: ein andrer sei tapfer im Kampfe,
Streck' auch begünstigt vom Mars Führer der Feind' in den Staub;
Daſs, wenn ich trink', er mir könne die eigenen Thaten als Krieger
Kundthun, und auf den Tisch zeichnen das Lager mit Wein.

Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
Imminet, et tacito clam venit illa pede.
Non seges est infra, non vinea culta; sed audax
Cerberus, et Stygiae navita turpis aquae.
Illic exesisque genis ustoque capillo
Errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quam potius laudandus hic est, quem, prole parata,
Occupat in parva pigra senecta casa!
Ipse suas sectatur oves, at filius agnos;
Et calidam fesso comparat uxor aquam.
Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
Temporis et prisci facta referre senem.
Interea Pax arva colat. Pax candida primum
Duxit araturos sub iuga curva boves.
Pax aluit vites, et succos condidit uvae,
Funderet ut nato testa paterna merum.
Pace bidens vomerque vigent; at tristia duri
Militis in tenebris occupat arma situs.
Rusticus e lucoque vehit male sobrius ipse

O der Wuth, zu fördern durch Krieg das Grauen des Todes!
Stets ist nah' er, sein Tritt leise, wenn heimlich er kömmt.
Saaten nicht sind dort unten, nicht Weinhöhn; sondern der kühne
Cerberus haust und des Styx gräfslicher Schiffer daselbst.
Dort, mit versengetem Haar und abgezehreten Wangen,
Irret die bleiche Schaar an der umdunkelten Flut.
Wie weit mehr ist zu preisen der Mann, den, beglücket durch Kinder,
Unter dem niedrigen Dach lässiges Alter erschleicht.
Selbst ist er Hüter der Schaf', und der Sohn der weidenden Lämmer,
Und es wärmet zum Bad Wasser dem Müden die Frau.
Diefs sei mein Loos, und es schmücke das Haupt einst silbernes Haar mir;
Mög' ich verflossener Zeit Thaten erzählen als Greis.
Frieden indefs bestelle die Flur. Der beglückende Frieden
Spannte zum pflügen zuerst Stier' ins gekrümmete Joch.
Frieden nährte die Reb', und verwahrte den Saft von den Trauben,
Dafs aus der Väter Geschirr flöfse dem Sohne der Wein.
Lächelt der Frieden, so blinken der Karst und die Schaar; doch des harten
Kriegers traurige Wehr schwärzet im Dunkel der Rost;
Und auf dem Karren fähret der nicht sehr nüchterne Landmann

Uxorem plaustro progeniemque domum.
Sed Veneris tunc bella calent; scissosque capillos

Femina perfractas conqueriturque fores.
Flet teneras subtusa genas; sed victor et ipse

Flet, sibi dementes tam valuisse manus.
At lascivus Amor rixae mala verba ministrat,
Inter et iratum lentus utrumque sedet.
Ah lapis est ferrumque, suam quicunque puellam
Verberat; e coelo deripit ille Deos.
Sit satis, e membris tenuem rescindere vestem;

Sit satis, ornatus dissoluisse comae;
Sit lacrimas movisse satis! Quater ille beatus,
Cui tenera irato flere puella potest.

Sed manibus qui saevus erit, scutumque sudemque
Is gerat, et miti sit procul a Venere.
At nobis, Pax alma, veni, spicamque teneto;
Perpluat et pomis candidus ante sinus.

Weib und Kind aus dem Hain selber nach Hause zurück.
Doch es erglühn dann Kämpfe der Lieb', und es klaget das Mädchen
Ob dem zerstöreten Haar und der gesprengeten Thür.
Weinen auch macht sie der Schlag ins Gesicht; der Sieger jedoch selbst
Weint, dafs die rasende Hand solcherlei Frevel verübt.
Aber dem Zanke gewährt Schalk Amor beissende Worte,
Sitzend gefühllos da zwischen dem zürnenden Paar.
Ha! der ist von Eisen und Stein, wer sein Mädchen zu schlagen
Sich erfrecht: vom Olymp reifst er die Götter herab.
Schon genug, wenn das zarte Gewand an den Gliedern man schlitzte;
Schon genug, wenn dem Haar wurde gelöst das Geflecht;
Schon genug, hat man Thränen erprefst: o viermal beglückter,
Dem, durchglüht ihn der Zorn, weinen das Mädchen noch kann.
Doch wem grausames übet die Hand, den Schild und die Pfähle
Trag' er, und bleibe der sanftmüthigen Venus entfernt.
Aber zu uns, die Aehr' in der Hand, komm segnender Frieden,
Und aus dem glänzenden Schoofs ströme das Obst dir herab!

Quin etiam sedes iubeat si vendere avitas,
Ite sub imperium, sub titulumque, Lares.

Horum apud Tibullum (II, 4, 53 sqq.), ut supra monuimus, exstantium versuum sensus clarus quidem est et perspicuus. Nemesis, cuius amore poeta devinctus erat, munera postulabat; et quo donis eam expugnare possit, Tibullus constituit, vel paterna vendere bona. Quid sibi vero proprie velit τὸ *ite sub imperium*, de eo addubitatum est. „Quid sit *sub imperium ire*, inquit Heynius in annotationibus ad l. l., nemo interpretum dixit. Nempe is, qui bona, in quorum possessionem missus est, vendit, qui magistratus auctoritate auctionem habet, is *dominus* vocatur; itaque ei *imperium* tribuitur." Secutus autem est Gronovium, qui (in Obss. II, 6) locum in Senecae Contr. IV. exstantem ita emendans, ut pro *sub domino rectore venalia* legendum esse opinetur *sub domino sectore venalia*, haec adfert: „*Sector*

est, qui bona confiscata, quae et ipsa *sectio* dicebantur, simul emit, eademque singulis postea vendit. — Pulchre dicitur *sector dominus*, incivili nomine. — Unde Tibullus *ire sub imperium* ea bona dicit." At vero cum hoc loco de bonis confiscatis minime sermo sit (cf. quoque Ascon. ad Cic. Verr. I, 20 et 23), hanc illa verba explanandi rationem iure optimo oppugnat et reiicit Ill. Vossius, qui „Gronovius, inquit, macht auf, *ire sub imperium*, eine unzeitige Anwendung von der Kenntniſs, daſs *dominus* derjenige hieſs, der ein verurtheiltes Gut im Ganzen gekauft hatte, um es theilweise durch Versteigerung oder aus der Hand zu verkaufen. Wie kann ein solches Recht *imperium* genannt werden? Und wie paſst es hieher?" Ipse τὸ *ite sub imperium* ad imperium puellae referendum esse contendit, cuius iussu Tibullus se, ut plena manu ad eam accedere possit, vel villam, quae ipsi e paternis bonis sola restabat, sub hasta vendere paratum profiteatur. „*Imperium*, inquit Vir Cel., heiſst, nach Römischem Sprachgebrauch, der strenge unweigerliche Befehl seiner Gewalthaberin, deren Gesetz er v. 52 anerkennt, wie II, 4, 53 *imperio* (vulgo *ad imperium*) *dominae sulcabimus agros.*

Der Sinn ist: ich soll und muſs ihr kostbare Geschenke machen. Ja wenn sie deshalb auch den Stammsitz meiner Ahnherrn zu verkaufen mir beföhle; fügt euch, o Laren, unter das Machtgebot, fügt euch unter das Verkaufsschild. *Ire sub aliquid*, sich zu etwas bequemen, *subire.* So, *ire sub iuga*, *sub furcam*, *sub concubitus.*" At vero neque sic omnia bene procedere videntur; nam hac ratione potius Tibullus sub imperium puellae iturus fuisset, qui bona sua vendendo iussa eius exsequi se accingebat, quam Lares, quos vendere volebat. Verba illa: *ite sub imperium sub titulumque*, tam arcte quoque cohaerent, ut unam eandemque rem, venditionem nimirum, quae ad hastam fiebat, respicere, ac nullo modo divelli disiungique posse videantur. Sensus profecto illorum verborum quis sit, nos, nisi omnia nos fallunt, edocet Juvenalis, in cuius Satir. III. 30, sqq. haec leguntur:

— maneant (Romae), qui nigrum in candida vertunt,
Queis facile est aedem conducere, flumina, portus,
Siccandam eluviem, portandum ad busta cadaver,
Et praebere caput *domina* venale *sub hasta*.

Hastae igitur, quae, cum publica auctione aliquid vendebatur, figi solebat, Juvenalis, dominam eam appellando, potestatem quasi et imperium tribuit, cui omnia in venditione essent subiecta. Ad *ite sub imperium* igitur supplendum est *hastae*; *ite sub imperium hastae* vero, s. *ite sub hastam dominam*, nihil aliud est, nisi *vendimini publice:* et nunc quidem haec verba cum sequentibus arcte cohaerent, et omnia optime procedunt.

Ita quidem primum locum ex Tibullo supra appositum, Iuvenalis verbis modo laudatis adducti, explicandum censuimus. Omnibus vero deinde accuratius perpensis, altius nobis illius loci explicatio visa est repetenda, respicique *imperium praetorum*, cuius vi auctionibus publicis praesidebant. Hac de re quae olim iam in medium proferre ausi sumus, cum in paucorun Virorum Doctorum venerint manus, ea hic iterum repeti illorumque subiici iudicio, neminem speramus fore, qui ferat aegre.

Est vero imperii ratio duplex, dividiturque illud in merum et mixtum, quorum alterum potestate gladii continetur, ad animadvertendum in facinorosos homi-

nes speciali lege concessa, alterum vero modica correctione, quae, iurisdictioni cohaerens, huic tuendae explicandaeque inservit *).

Horum duorum imperii generum posterius erat id, quo Romanorum magistratus maiores, Consules nimirum, Praefectus urbi, Praetoresque, haud vero magistratus minores, erant ornati. Hi iurisdictionem modo habebant, nec imperium nisi eatenus exercebant, quatenus sine illo iurisdictio haud poterat explicari **); iurisdictionem autem imperiumque inter se diversa

---

*) Heineccii Elementa Juris Civilis, L. II. T. I. P. I. §. CCXLV. Averanii Interpr. Iur. L. I. C. I. et IV. Sigon. de Antiq. Iur. Pop. Rom. Vol. II. L. II. C. IV.

**) „Non omnes magistratus habebant plenissimam coercendi potestatem, sed soli magistratus maiores, qui, ut plenam et excellentem habebant iurisdictionem, ita plenum et excellens habebant imperium. Minores magistratus habebant et ipsi mixtum imperium, et aliquam coercitionem ad tuendam iurisdictionem suam; sed sicut non habebant plenam et excellentem iurisdictionem, ita non habebant plenum et excellens imperium. Idcirco hi sine imperio esse dicebantur, quia cum illis comparati propemodum non videbantur imperium habere. Illi contra imperium habere dicebantur, cum imperio esse, imperio uti, pro imperio suo aliquid agere.“ Aver. l. c. C. IV. 10. sq.

fuisse, quamquam differentiam inter ea intercedentem non accurate definire possumus, multis locis edocemur *).

Praetor igitur, cum in magistratibus maioribus numeraretur, iurisdictionem habebat imperiumque, totiusque potestatis ipsi concessae ratio his tribus exprimebatur verbis, *do*, *dico*, *addico*. Praetor nimirum *dabat* iudicem, *dicebat* ius, *addicebat* rem in iure (i. e. coram praetore) cessam, et bona sub hasta ven-

---

*) „Ea, quae magis *imperii* sunt, quam *iurisdictionis*, magistratus municipalis facere non potest. Magistratibus municipalibus itaque non permittitur in integrum restituere, aut bona rei servandae causa iubere possidere, vel legatorum servandorum causa.“ Pandect. L. 50. tit. 1. fr. 26. cf. L. 1. tit 21. fr. 5. et L. 2. tit. 1. fr. 4. Disputat de hac re Averanius quoque, qui, „Enimvero, inquit (L. I. C. IV. 5.), distinguitur a iurisdictione mixtum imperium; et, licet in iure nostro propter inseparabilem coniunctionem, et quasi quandam individuam societatem et nominum communicationem, alterum pro altero accipiatur, tamen omnino diversa est a mixto imperio iurisdictio. Et quamvis Magistratus habeat utrumque, tamen aliquando exercet iurisdictionem, aliquando mixtum imperium; et quaedam facit vi iurisdictionis suae, in quibus non exercet imperium; quaedam facit vi imperii, ad quae facienda non sufficit iurisdictio.“

dita plus licitantibus *). Ad iurisdictionem non nisi ius dicendi pertinebat potestas; at vero cum iudicem daret atque res bonaque addiceret, id pro imperio fecisse putandus est.

Verum enim vero auctio semper erat venditio publica, quae hasta posita per praeconem fiebat, ita ut res ei subiectae plurimum licitantibus a magistratu addicerentur **). Haec igitur addictio cum non nisi imperii, quo magistratus ille ornatus erat, vi fieret, iam apparet, hoc ipsum imperium a Tibullo respici, quum bonorum

---

*) Haec verba spectat Ovidius in Fast. L. I, 47, ubi,

„Ille, inquit, nefastus erit, per quem tria verba silentur."

cf. Varro de L. L. V, 7. p. 45. „Hinc fasti dies, quibus certa verba legitima sine piaculo praetoribus licet fari. Ab hoc nefasti, quibus diebus ea fari ius non est; et si fati sunt, piaculum faciunt."

**) „Ius auctionis earum rerum fuit, quae publice per praeconem sub hasta praesente et addicente magistratu venderentur: in auctionibus enim ei, qui plurimum auget, res addicitur. Et quoniam ex auctione illa dominium sibi iustum in eam rem comparant, hinc etiam auctoritas ius auctione quaesitum dicitur, et auctor is appellatur, a quo quis auctoritatem, id est, ius dominii in quampiam rem accepit." Sigonius de Ant. Iur. Pop. Rom. Tom. I. L. I. c. 11. p. 140.